

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria,  
Historica, Critica**

**Ruhnken, David**

**Lugduni Batavorum, 1823**

Dedicatio Disputationum de Galla Placida Augusta

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1660>

*pag.*  
292  
311  
*393*  
409  
*412*  
457  
*482*  
488

DEDICATIO  
DISPUTATIONUM  
DE  
GALLA PLACIDIA AUGUSTA (\*).

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
OTTONI FRIDERICO  
COMITI  
DE PODEWILS  
DYNASTAE HAEREDITARIO IN CRANGEN BUCKOW DRENZIG  
BÖSENZ KLARENWERDER WINTERSHAGEN NESEKOW  
CETERA  
PATRONO LITERARUM  
LITERATORUMQUE MAXIMO  
HOC COMMENTATIONUM ACADEMICARUM PAR  
SACRUM ESSE JUBET  
ILLUSTRISMI ATQUE EXCELLENTISMI NOMINIS EJUS  
CULTOR ADMIRATORQUE PERPETUUS  
DAVID RUHNKENIUS  
PHILOSOPHIAE MAGISTER LEGENS  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI.

\*\*\*  
ILLUSTRISME COMES  
DOMINE INDULGENTISSIME.

Cogitare mihi instituenti, quod tandem monumentum  
splendidissimo Nomini Tuo ponerem, his ipsis exercita-

tio-

[(\*)] Dedicacionem hancce, omissam in priore Opuscu-  
lorum editione a. 1807, cum Batava, tum Londonensi, sup-

\*\*\*\* 2

plies

DE-

LXVIII DEDICATIO DISP.

tionibus, quas jam Tibi consecrare gestit animus, nihil se potius obviam tulit. Sunt hae quidem tenues, fateor, propeque exiles, atque haud scio, an satis dignae, quae Tanto Nomine prodeant insignitiae. At enim sive aetate mea, quae paucis abhinc annis pueriziam excessit, sive verecundia, quam mea mihi tribuit natura, accidit, ut nihil admodum, quod maiore, aut mole sese commendaret, aut dignitate, etiam si maxime yellem, in lucem proferre queam. Verum Te, Illustrissime Comes, adeo ad liberalitatem, sive natura finxit, sive doctrina formavit, ut, his praescerim in rebus, non tam muneric præstantiam, quam donantis animum spectandum arbitreris. Ac prosectorum quid meo in Te animo potest magis plium cogitari? Nam si omnes, qui unquam mihi obtigerunt divinitus, patroni suo essent ordine collocandi, quem Tibi, Domine Indulgentissime, non dicam anteferrem, sed compararem duntaxat, invenirem omnino neminem. Extiterunt semper, et extant etiam nunc, mirifica Tuae in me clementiae argumenta. Ex quo enim aliquam ingenii significationem in me apparere animadvertisisti, nihil Tibi, quod ad me sustentandum ornandumque pertineret, reliqui faciendum putasti. Testis est tantae Tuae liberalitatis illa ipsa, quae me protulit, Pomerania: Testis, quae me eruditivit, Borussia: Testis, quae nunc me foyet, Saxonia: Testes denique parentes

mei

plevimus ex omnium prima Vitembergensi a. 1743. cuius exemplar, cum reliqua Ruinckenii literata supellectile, servatur in Bibliotheca publica Lugduno-Batava.]

## DE GALLA PLACIDIA AUGUSTA. LXIX

met; quos quidem, sermone ad benignitatem Tuam celebrandam dilapsos, citius vox ipsa, quam praedicande materies, deficere videtur. Ac si vel nunquam ea, quae modo dixi, beneficia in me contulisses, esset tamen, quod has qualescumque commentationes Nominis inscribendas Tuo existimarem. Is enim est Podewilsiae Familiae splendor, ea amplitudo, ut, si alio potius, quam tanto nomine, gratiam scriptis meis conciliatum irem, omnem cum sensu rationem ejurasse visiderer. Majora sunt, quibus domus Tua, et eluxit quondam, et elucet in primis adhuc, ornamenta, quam ut, non dicam mea, sed disertissimi cuiusque, oratio illis par possit reperiri. Quid enim, Maecenas optime, fratre Tuo, natu maximo, orbis terrarum vidit sapientius? Quid fratre natu minore, rebus in bella fortiter animoseque gestis, clarior? Quid illo, qui sanguine vestro genitus, Hagae Comitum in summa luce versatur, ad res gerendas aptius? Quid Te deinde, O! Decus et Praesidium meum, vel natura mitius, vel doctrina limatus, vel omni virtutum genere excellentius? Jam reliqua Tua extimaque decora, cum satis per se lucere videantur, neque mea, quae nihil ferme, neque cuiusquam alterius, quae hic parum valeret, indigent commendatione. Quid vero de praestanti Tua, planeque singulari eruditione memorem? Quam quidem, cum tali in re et ipse aliquid mihi videor posse judicare, quam igitur saepe fuit multumque adeo admiratus, ut cum plurimis Tui ordinis praecclare agi putarem, si vel minimam partem tam exquisitae scientiae essent unquam consecuti. Tu

XXXI DEDICATIO DISPL.

tero, Sapientissime Comes, lactare tam egregio 804  
no, quod primum domi vigiliis, deinde peregrinatione-  
bus, prudentissime institutis, Tibi peperisti. Omni-  
no, ut quisque peritissimus harum est rerum existima-  
tor, ita maxime cernit praedicatque, Te, quicquid  
Batavia habet eruditii nitoris, quicquid Gallia festivae  
urbanitatis, quicquid Britannia magnificentiae gravio-  
ris, et arcessivisse inde, et moribus junxisse Tuis.  
Pateret hic quidem laudum Tuarum campus, in quem  
excurrere eloquentia, si qua jam esset mea, seque-  
rentare superbius posset. Sed modestia ea, quae in  
Te est, vel maxime continetur. Neque tamen pos-  
sum, quin, quod mihi mirabile semper in Te visum  
est, jam ingenue pree me feram. Cum multa in Te  
sunt decora, Excellentissime Comes, eaque insignia  
apprime, tum illud non postremum, quod incredibi-  
lem operam literis, quas divinitus hausimus, imper-  
tis. Atque hoc mihi studium eo illustrius videtur,  
quo major excelsiorque res est, in qua Tibi versan-  
dum arbitraris. Hinc factum est profecto, ut, quic-  
quid literis sanctioribus, quicquid Historia Ecclesiasti-  
ca continetur, memorando posteris exemplo, nobili sis  
ingenio complexus. Sed ut, unde oratio mea digres-  
sa est, revocetur, Gallam Tibi Placidiam magno-  
pere cupio esse commendatam; cuius imaginem cum  
studiose, quoad ejus fieri potuit, adumbravi, nescio  
quomodo Blumenthaliae Tuae effigiem quadam ex parte  
a me sentio esse expressam. Nam illa indoles, illa  
pulchritudo, illa probitas, illa denique magnitudo ani-  
mi, quibus Augusta cunctos in sui admirationem per-

tra.

DE GALLA PLACIDIA AUGUSTA. LXXI

traxit, illa omnia in Blumenthalia Tua, verissimo  
sexus castioris ornamento, clarius exsplendescunt. Cum  
hac igitur Tu, Florentissime Comes, feliciter aeta-  
tem age, neque cum ea, nisi sero in coelum, unde  
uterque vestrum trahit originem, redi. Dabam Vi-  
temberg. d. XXIII. Dec. MDCCXLIII.

DE CAVIA LIBIGINIA AUGUSTI. 172

litterarum, illis annis ad Ptolemaeopolis Tiro, amicorum  
hunc suorum orationem, nunc in explicationem. Quae  
per Iustini, &c., Librarianum Comes, Xylophilus, ut  
estas, quae, indecum est, nisi sit in scilicet, non  
sunt hinc, sed cum aliis quibusdam, sicuti Diogenes et  
Antipater, &c. cum Tiro, inceptum.